

DOMINI CONSTITUTI
DE PORTV I.V.D. HISPANI CLARIS.
SVB TILIS REPETITIO.
IN L. SI ALII .ff. DE VSV
ET VSVFRVC. LEGATO.
QVAM NVLLVS DOCTORVM
EXCEPTO BARTO. LEGIT.

Cum suo amplissimo & alphabetico Repertorio,
nunc primum in lucem edita.



V E N E T I I S
M DCLIII

SUBTILIS REPETITIO L. SI ALII,
DIGEST. DE VSV, ET VSVFRV. LEGA.
I. V. D. CLARISS. D. DOMINICI
DE PORTV HISPANI.



EX. In l. si alij. ff. de vſu, & vſufr. lega. quem nullus Docto-
rū, excepto Bar. legit, & iste text. re & fama
difficilis reputat, vbi
in additione per scribentes, & de apo-
test non immerito dici, quod Bal. dixit
in l. non dubiū. C. de ll. & de lege pro-
spexit. ff. qui, & a quib. s. q. caret spiri-
tu, & Bar. hic salua sua, qui tantē est au-
ctoritatis, non multum subtiliter inste-
tit circa istam singularm legem, nec eā
diuidit, ideo pro nunc nulla facta diui-
sione, eius ordinē seruādo casum po-
nam, enucleando intellectum, & sum-
marium glo. & Bar. & eiusdem Bar. cō-
traria dilucidabo, vsque ad versiculum
oppono fortissimē, & ita diuidēs Bar.
postea vero alias intellectus dabo, fina-
liter versiculum Bart. oppono fortissi-
mē recitabo, ex cuius relatione finalē
intellectum, meam conclusionē pro-
bantem dilucidabo, atque communem
intellectum, et uerum declarabo. Casus
igitur contingentia, in ista lege sequenti
modo est, testator aliquis sua condens
ultima eōgia, institutis suis hęreditibus,
a quibus originem & vires sumpsit te-
stamentum, legauit Ticio fundum suū
Saluianum, putā, et Sépronio legauit
vſumfructū eiusdē fundi totaliter, mo-
do cum Sempronius dictus a Ticio exi-
geret vſumfructum, Ticius dicebat se
ad hoc non teneri, nam aliās inutilis si-
bi remaneret p̄prietas, Sempronius ue-
ro asterebat contrarium, eo q. istā fuisse

defuncti testoris uolūtate clarā dicebat,
itaque hijs de causis inter eos orta litis
quæstione, coram Modestino Iuriscon-
sulto, ipse consultus modestè respondit
Ticiū bene dicere, itaque si testator alij
vſumfructum, alteri vero fundum lega-
uerit, licet eo proposito fecerit, & volū-
tatem habuerit, q. alius vſumfructum,
& alius nudam haberet proprietatem,
nihilominus vſus fructus inter eos com-
municabitur, nec obstat voluntas testa-
toris, quia taliter disponendo errore la-
bitur, cum non exprimit voluntatem
suam iuridicē, ideo instabat quærens,
quo pacto debebat eam exprimere ad
hoc, vt sortiret effectum, dicit Iuriscon-
sultus testatorē debere dicere Ticio fun-
dum detracto vſufructu, lego eiusdem
fundū vſumfructum Sempronio &c. et
cum hoc non fecerit nihilominus vſuſ-
fructus inter eos communicabitur, ra-
tionem assignat, quia interdum plus ua-
let scriptura, q. dictum est.

† Et secundum istam casus positionē,
satis clarē literę amicā & consentaneā,
secundum Bar. in præsenti. l. hoc conti-
net, hæc lex in summa, in dubio debet
stari scripturæ, etiam si aliud sit actum
dummodo de illo non constet, hęc sum-
ma satis clarē colligitur ex isto tex. ma-
ximē in finalibus verbis, & ex supradi-
cta clara casus positione. Et licet Bar. ni-
hil ad corroborationem huius sui intel-
lectus allegat, nec aliquis eius nomine,
ego tamen istum eundem intellectum cō-
firmare decreui sequentibus fundamen-
tis. † Et primo pro ista parte, q. pro in-

R E G I S T R U M .

A B C D E F G.

**Omnis sunt Quaterniones , dem-
pto G, Duernione .**

**L I I I .**

A. A. A.

I I I .